



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Semita Perfectionis Purgativa, Illuminativa, Et Unitiva

Dirckinck, Johann

Coloniae Agrippinae, 1705

VD18 15298639

19. Fortitudo.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55242](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55242)

II. Nihil tam divinum habet homo, quàm de alius bene mereri. S. Greg. Nazian. Orat. de paup. amore.

III. O Deus liberalissime ! mihi vitium tenacitatis adime, & liberalitatis virtutem concede.

PASSUS XIX.

Fortitudo.

TEXTUS.

Vigilate, state in fide, viriliter agite, confortamini. 1. Corinth. 16. 13.

Cognitio.

Fortitudo est virtus animi, quâ labores, mortisque pericula, & aliæ difficultates occurrentes suscipiuntur & perferuntur.

Actus.

1. Pericula mortis, & ipsam mortem intrepidè sustinere, maximè causâ fidei, aut alterius virtutis.
2. Mentem in adversis & prosperis ita roborare, ut neque in illis vincatur,

ne-

neque in his extollatur, & à virtutis
semita abducatur.

3. Tentationes dæmonis intrepidè sustine-
re, & fortiter rejicere, ac seipsum
generosè vincere.
4. Ardua quæque cum magna in Deum
fiducia aggredi.
5. Mentis tranquillitatem in rebus arduis
retinere.

Consideratio.

Cui ad fortitudinem sectandam, exer-
cendamque calcar non addat I. Dei bene-
placitum. II. Christi Domini nostri exem-
plum. III. Magnitudo præmiorum. IV.
Exempla sanctorum Machabæorum, Ste-
phani, Laurentii, Agnetis, & innumerorum
aliorum generosorum Christi athletarum.
V. Zelus animarum, qui in eo exercetur.
VI. Confusio & debellatio dæmonum. O
si Deus pro nobis, quis contra nos? *Omnia
possum in eo, qui me confortat.* Ad Phi-
lip. c. 4. 13.

Petitio.

Deus refugium meum & virtus, ita
pectus meum roborac confirma, ut cum
S. Chrystostomo: Quidquid terroris habet
mundus, contempnam; quidquid delecta-
bile habet, rideam: divitias non cupiam:
pau-

paupertatem non horream, & mortem ipsam non pertimescam.

Aspirationes.

I. Viriliter age, & confortetur cor tuum,
& sustine Dominum. Psal. 26. 14.

II. Exc Domine, ut de temporalibus nec
lugeam, nec gaudeam; nec metuam aliquid
temporale, nec diligam; nec blandis corrup-
par, nec adversis concutiar. S. August.
med. c. 35.

III. Fortitudo & laus mea Dominus.
Exodi c. 15. 2. Largire mihi robur spiritus!

P A S S U S XX.

Patentia.

T E X T U S.

*Patentia vobis necessaria est,
ut reportetis promissionem.
Hebr. 10. 36.*

Cognitio.

Patentia est virtus, quâ mala hujus sæ-
culi æquo animo sustinemus; ita ut
propter illa, nec interiùs immoderatè tur-
be-